



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

Concilium Parisiense Pro Expeditione Contra Tvrcas suscipienda  
celebratum anno Domini MCLXXXVI. tempore Vrbani papae III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

12 V R B A N V S C. P A R I S I E N S E . F R I D E R I C V S I . I M P E R A T O R .  
P. III. P H I L I P P V S A V G V S T V S R. F R.

CONCILIVM PARISIENSE  
PRO EXPEDITIONE CONTRA TVRCAS  
fuscienda celebratum anno Domini M C L X X X V I .  
tempore Urbani papæ III.

ANNO  
CHRISTI  
1186.

N O T A .

\* Concilium.] De rebus in hac Synodo gestis ita Robertus Gaguinus lib. 6. Inter haec regis occupationes venere ab Hierosolymis ad Philippum Heraclius patriarcha Hierosolymitanus, & domus hospitalis prior, nuntii calamitatis quam Saladinus Aegyptius Christianis per Palestinam intulisset; locis aliquot non sine nostrorum cede occupatis. Cui incommode nisi catholici principes succurrant, res Hierosolymitanas in hostium potestatem brevi relapsuras. His querelis rex motus, Parisum regni pontifices aduocat. Quibus conuenientibus, edocet quis sit in Syria Christianismi status. Oportere quemque eorum per sua territoria populum admonere, ut misera Christianorum conditioni suspectias ferant: se quidem paratissimum esse qui in primis auxilietur, se presentium rerum conditio admittat: sed nibilo segnior missurum se ad id negotium viros strenuos cum valida militum manu. Oratione regis a presentibus laudata, paruo post tempore rex ex suis destinat, qui afflictis rebus opitulentur. Hæc ille.

VITA ET EPISTOLÆ  
GREGORII PAPÆ VIII.

ANNO  
CHRISTI  
1187.

Gregorii  
VIII. ele-  
ctio quan-  
do contige-  
vit.

GREGORIUS VIII. patria Beneventanus, cui nomen fuerat Albertus, cardinalis presbyter tituli sancti Laurentii in Lucina, altero die post obitum Urbani communione omnium consensu electus est anno Domini 1187. tempore Friderici imperatoris. Initio pontificatus Christianos principes legationibus literisque pro subsidio terræ sanctæ & de agenda pœnitentia ad diuersos scriptis solicitauit, vt exercitu terra marique comparato ad recuperandam Hierosolymam se colligerent. Ut vero facilius id quod suadebat consequeretur, Pisias se contulit, vt eius loci populos cum Genuensis foederis noui vinculo religaret, ac sic coniunctis copiis, quibus plurimum mari valebant, ad hanc expeditionem sanctissimam animarentur. Verum inopinatus vitæ illius exitus sanctæ expeditioni & voluntati Pisias finem imposuit. Obiit enim